

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.
6672

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

PLAUSUS, ET VOTA FAUTORUM AC AMICORUM,

Cum

Vir Reverendus & Clarissimus,

DN. JAC. CHRISTOPH. ISELIUS,
Histor. & Eloq. primū in Acad. Marpurgensi;
postea Historiarum in Patriā Universitate Basileenſi
Professor Celeberrimus,

*Summos DOCTORIS Theologi honores
magnō suo merito,
ē manu*

Viri Venerandi & Excellentissimi,

DN. HIERONYMI BURCHARDI,
S. S. Theol. Doct. & Prof. meritiss. Eccl. Basil.
Antistitis Vigilantiss.

*Ad d. 25. Aug. M D C C X I.
ritu solenni capeſſeret,
Fusa.*



B A S I L E A E,

Typis Friderici Lüdij, Academ. Typogr.



EX ACADEMIIS EXTERIS MISSA.

EX ACADEMIA HEIDELBERGENSI.

I.

Ad Virum Plurimum Reverendum

JAC. CHRISTOPHORUM ISELIUM

Historiarum Professorem Celeberrimum

Cum summos in Theologiae Honores capesset.



Uis novus huic nostra succedit nuncius urbi?
Gaudia Rauriacum, quæ gerit ille finu?
Scilicet Eusebien Doctoris necere fertum,
Quô queat ISELIJ mox redimire caput.

ISELIJ, cuius doctrina, modestia, candor,
Et blanda Charites, quas habet, ingenii,
Nec non, virtutum quæ dici prima meretur,
Integer & constans, relligionis amor.
Et pietas affixa Deo, quæ nefcia fraudis
Sincera in Dominum, cingit & ambit eum.
Hæc sunt, Doctoris, queis illustrantur honores,
His sine Theologi nomen inane, nihil.
Hæc sunt ISELIUM nostrum, quæ pulchrius ornant,
Majus ei pariunt, splendidiusque decus.
Quam si Doctorum numeraret nomina mille,
Et totus quantus, Doctor ubique foret.

Honori Viri Clarissimi hæc accinuit
PHILIPPUS LUDOVICUS PASTOR,
Consil. Ecclef. Palat. Histor. Sacræ ac
Eloq. Prof. & Academiæ Heidelb. h.t.
Rector.

II. Lat.

II.

LAUREA nos quondam decoravit, jam decoratur
Ipsa, Sacri ISELIUS nam decus est decoris:
Quippe Sacris Vocabis Veneres & Pondera verum
Si decus adjungunt, HIC decus omne dabit.

Quæ verbis defunt, prolixiore Voto
compensat

LUDOVICUS CHRISTIANUS MIEGIUS,
SS. Theol. D & Professor, Consiliarius Ecclesia-
sticus & Pastor Heidelbergensis.

III.

QUAM vellem, si forte queam, Tibi dicere laudes
Et Doctorales, dulcis Amice, gradus.
Sed superat laudum mea carmina fama tuarum
Inque tuis major gloria rebus ineft.
Gratulor ergo Tibi paucis; at pectore toto
Gratulor, ut fatis sint tua cœpta bonis:
Et precor adspiret magno fortuna labori
Cœlestis, regat & vela secunda Deus!

D. NEBEL, Med. Doct. & Prof. Publ.
in Acad. Heidelbergensi.

IV.

QUI cupit externa deceptus imagine laudem,
Is vani fastus præmia vana cupid.
Afi meritis nixus quicunque admittit honores,
Judice me, Tecum, quod sibi plaudat, habet.
Gratulor hosce novos. Ferat hinc Ecclesia fructus,
Eortia & hæreticus sentiat arma chorus!
Inlyte Vir, vivas longevos Nestoris annos,
Ut possis tanto latu honore frui!

debitum

J. P. HERMANNI, E.H.P.

EX ACADEMIA TUBINGENSI.

I.

Quòd studiis animum intendis, quòd vocis Ebraæ,
Et filiarum & Græciæ reddis sonos:
Quòd Solis Lunæque vias scrutaris, & altâ
Tot seculorum mente condis ordinem:
Et quicquid rerum pátuit Scriptoribus unquam,
Et, quæ sepulta sunt tenebris, explicas:
Et nec dum sat habes dictos tolerasse labores,
Nisi scanderes excelsa reginæ artium:
Hæc tua vis animi; nullo languore fatiscis.
Refectio laboris est mutatio.

Honoribus, quos in Thœologia summos Vir Amplissimus
& Excellentissimus ISELIUS, Amicus & Fautor
meus in paucis Colendissimus meruit, pauca isthæc
sincerus gratulator dedi

MATTHÆUS HILLER, SS. Theol. Græ-
cæque & Orient. Lingg. in Academ. Tu-
bingensi Professor Publicus.

II.

Doctorum fœcunda Parens BASILEA Virorum,
Quæ non est toto Doctior orbe locus.
Ecce Tuos Cives Veneti mirantur, & Hassi,
Germanus, Batavus, Gallus, & Anglus amant,
Ecce Tuos Juvenes Senibus Sapientia præfert,
Et merita Ipsorum Theiologia probat.
Sufficit ISELIUM præ multis telibis unum
Produxisse. UNUS MILLIA MULTA VALET.

Polyistori Celeberrimo, inque omni Literaturâ Excellensissi-
mo Viro, Dn. JACOBO CHRISTOPHORO ISELIO, Pro-
fessori antea Marpurgensi, nunc Basiliensi Meritisimo, ul-
tia ètatem docto, Amico suo Certissimo, & Patrone Ho-
noratissimo, Gradum Doctoris Theologicæ, Honoresque
summos ab Academiâ Patriâ oblatos, gratulatur

JOANNES CUNRADUS CREILING,
Physicæ & Mathem. Prof. ord. Tübingensis.

MAR-

MARBURGENSI.

I.

Quam Moses iussu Divini Nur
Struxit miranda nobilis ar
Ægypti spoliis auro pannisq
Fulgit muneribus dives
Aula Dei viva est, quam n
Ornamus meritò, q
Divinæ laudi quos se po
Quos studiis sacrif
Tu dudum sacrif opera
cresque diesque
ISELI merito p
Splendida DOCTORIS cedit TIBI LAUREA, namque
Volvisti sacros mente manuque libros;
Libros, qui pandunt mysteria sancta salutis,
Numinis ut possis condecorare domum,
Ingens existes nostri Ordinis incrementum,
De quo quisque sibi plaudere ritè queat;
Sanctus enim est animus: novi TE cuncta referre
Ad Domini laudes, ad populique decus.
TU conferre potes gemmas rutilumque metallum,
Ut Christi surgat splendida ubique domus,
Ingens existis sacri Ordinis ornamentum,
Cui dudum tribuit fama perenne decus.
Historiae ac Linguae nec non *monumenta vetusta*
Quicquid habent usū præsidiique sacri,
Perdus & per noctis volvisti mente sagaci.
Nuncque adeo docto pectori cuncta tenes.
Olim præclarum jam viator ab hoste triumphum
Naetus es, in tuto stant sacra scripta loco. *MARBURGUM coluit, repetivit PATRIA mox TE,
Præmia pro meritò nunc BASILEA dabit.

A 3

Gra-

* alluditur ad eruditissimam Disputationem in Sententiam Bossueti de
Babylone bestiisque & incretrice Apocal. a 1701. habitam.

Gratulor insignem, qui nunc desertur, honorem;
Omnipotens faxit prospera quæque cadant!
TU mihi quem tribuis, fervato sémper amorem,
Nec, quæso, nostri dememinis velis.

Viro plurimū Reverendo atque Celeberrimo D. Jacobo
Christophoro Iselio, Histor. in Acad. Basiensi Profess.
o, antehac Collegæ suo exoptatissimo, Fau-
Amico plurimā colendo summos in Theolo-
gia. ores capessenti gratulabundus scripsit

JOH. SIC SEMUNDUS KIRCHMEIERUS,
SS. I. Prof. & Eccl. Ref. Past.

II.

Viro Clarissimo & Excellentissimo Domino

J. CHRISTOPHORO ISELIO, antea in Acadē-
miâ Marburgeniâ, nunc Basiensi Historiarum
& Eloquentiæ Professore ordinario Celeberrimo

*Cum Is S.S. Theologiae Doctor
solenni ritu renunciaretur debitum officium
testaturus amicissime appiaudebat*

JOHANN: WILHELMUS Waldschmidt/ J. U. D.
in Academia Marburgeniâ Professor Juris
& Philos. Pract. ordin.

Non caret invidiâ si quis mercatur honores,
Sicumulat nummos, non cant invidiâ.
At si quem Virtus, si quem Doctrina coronat,
Hic procul invidiâ premia digna capit.
Hoc Tu nunc ISELI patrio censere Lyceo
Hoc nostro Lano rite favente facis.
Nota Tua est nobis pietas, sapientia, virtus.
Quis nescit mores hic studiumque Tuum?
Ergo Tibi meritos cuncti gratiamur honores,
Ut Rheno vix non invideamus opes.
Sed quia plus juris sibi Patriâ vindicat in Te,
Cedimus, at Lano perge favere Tuo.

III.VI.

III.

VIRO

Pl. Reverendo & Excellentissimo

JACOBO CHRISTOPHORO ISELIO,

Philosoph. Doct. & Historiarum in Academiâ Patriâ

Professori Ordinario Celeberrimo,

Fautor & Amico suo perpetuum colendo. *χαίρεν.*

Nunquam bella piis, nunquam certamina desunt,

Hic Mundus nobis, hic movet arma Satan.

Non licet hic igitur secure carpere fominum,

Non pigrum in gremio condere velle manum.

Armis arma decet, telis avertire tela,

Ni vitam, ni vis deseruisse fidem.

Et sane Deus hic Sanctos non liquit inermes:

Omne genus teli pagina sacra dabit.

Hæc scutum nobis fidei, galeamque salutis,

Hæc gladium præbet, Spiritus alme, tuum.

Hostibus ut liceat iustas opponere vires,

Ut liceat fonti pellere tela manu.

Dummmodo sit præsto, quem bellum hoc postulat usus,

Ut quis in armatos arma vibrare queat.

Nam licet haud deßit telorum copia sape,

Tractandi tamen hæc dextra perita deßit.

Ad sacra sic hodie festinat nostra Juventus,

Ut prius ac didicit, sacra docere velit.

Hos si quis fidei rationem reddere cogat,

Pisce magis muti vertere terga solent.

Non sicut hæc unquam Tibi mens, non sensus ISELI,

Artibus ac linguis, Tu Sophiaque vacas.

Hinc Tu non obiter collectis undique gazis,

Exutis Historiæ nunc monumenta sacræ.

Hoc Tibi demonstrant errorum plaustra novorum,

Qui terram tenebris involuere diu.

His cum pellendis dudum Terite pararis,

Inter Theiologos jure merere locum.

Faxit Agonothetes cœlestis, ut omnia vergant,

Quo Tuus à puero Te rapiebat amor.

Ut

Ut regnum Christi longe lateque propages,
Et sanctam firmes per sola quæque fidem.
Noster jam pridem Lanus Tibi plaudit, Amice,
Participem & laudis se putat esse Tuæ;
Si quoque Philosophi non aspernabere votum:
Opto Tibi Pylii secula fausta Senis.
Si nimium hoc censes: scriptis tamen auguror olim
Victurum cunctos Te sine fine dies.

Debiti honoris, & non sicuti amoris declarandi
ergo gratulabundus transmisit

GEORGIUS OTHO, Lingg. Sacrar.
& Poësos Prof. Ord.

IV.

Dicitur Etulit & nostras rumor preclarus ad aures,
Sacra quod auspiciis fulgeat Aula (a) Tuæ.
Qua sua pro meritis tribuantur præmia doctis,
Quos illis dignos quilibet ordo putat.
Approbat en! summum, quod regnat in Æthere, Numen:
Tu capis bac primus clara trabea Domo.
Nil potuit melius fieri, nil aptius unquam,
Atque fidem verbis quod facis ipse Tuæ:
Non nisi Virtuti tribuenda hæc premia, dixisti,
Virtutes merito fers quoque prima tuae.
Gratulor ex animo, Virtutes oculor omnes,
Quas Deus ornari cœs sua dona jubet.

Cultus & obsequii testandi causa, Ven. Iselio, Fautoris
(a) Brabeuterium novum no- summo gratulabundus transmisit
mine atque auctoritate Aca- demiz Oratione inaugurali NICOLAUS HARSCHERUS,
à Cl. Candidato nuperime Elog. & Hist. in Acad. Marburg. Prof.
dedicatum die XI. Junii.

GIESSENA.

I.

Habemus Elvetios inter dum servas nomen Amici,
Haffia quem retinet, carmina mitto Tibi;

Quis

Quis toto rursus memori quod pectore servem
ISELII dadum nomina amata mihi.
Gratulor ergo Tibi summos DOCTORIS honores,
Quos nunc pro meritis Patria grata dabit.
Quod contra Papam Anti-Christum præstiti olim
Weiffenburg (a) Majer, (b) Tu bene perficies.
Postea quod Zwingier, Basileæ nomina clara
Cætera tentarunt, tu quoque suscipes.
Omina nam capio ex illo, quod de Babylone (c)
Doctis monstravit pagina docta Tua.
Gallum Boffuetum præclare tangis & angis,
Bellarmiæ taceat, Baroniusq; simul.
Nam gladium verbi vivi, quem stringere nosti,
Horrescit Meretrix, Bestiaq; & Babylon.
Non ferrum nec flamma valet, si prælia Jovæ
Ingredimur, Verbum regula & arma sient.
Is demum veri Doctoris nomine gaudet,
Quem ex Verbo docuit Spiritus ipse Dei.
Spiritus ille Dei Tibi Doctor jugiter adsit!
ISELI Doctor, vive, valeque diu!

- (a) In Antilogia Papa edita Basil. 1555.
(b) In de vulneribus Ecel. Rom. nec dum sanatis. ibid.
(c) In Discessat, sub præsidio Dn. D. Wetenfelsii, A. 1705. habita Basileæ.
De propero, prolixo affectu Gießæ Hassarum
die Aug VII. A O R. 1711

JOH. HENRICUS MAJUS, SS. Th. Prof. Ord. Con-
sistorii Assessor, Stipendiator, Ephorus & Districtus Alsfeld
ac Marburg, Darmstatinge partis Superintendens

II.

ISELIUS dadum tenuit doctoris honores,
Fæcunda lingue fundere mella docens.
Jam Basilea dabit summos Doctoris honores,
Clarus ubi multa luce novaq; nitet.
Ulterius plures ampliæ sequentur honores.
Ne dubites, is erit semper honoris honor,

Ita Viro Celeberrimo, Eatori exoptatissimo de novo hono-
re paucis verbis, prolixo affectu amicissime applaudit

MATTHÆUS NICOLAUS KORTHOLT,
Elog. & Poësi in Academia Gießena
Professor Ordinarius.

B

III.CAR.

CARMINA EX HELVETIA
TRANSMISSA.

T I G U R I N A.

SI spe præclara mentem experientia pascit,
Quis de Te speret vilia, *noster Amor?*
Historicum insignem, *Criticumque*, virumq; peritum
Linguarum & Sophiae Te tua scripta canunt:
Ex his ingenium satis est sublime videre,
Ex ungue ut fortis noscitur usque Leo.
Ex his, in Sacris tua quid Sapientia possit,
Quid tua sedulitas, quid vigor ille tuus?
Hinc Tibi, non mirum, *sacra* dat *Basilea Brabea*,
Atque à Te lumen, quæ dedit, ipsa capit.
Adspiret coeptis JESUS: Tibi nexa Tiara
Fulgeat inque Solo, fulgeat inque Polo!

JOH. CASPARUS HOFMEISTERUS P.P.
& Collegii Carol. Præpos.

II.

Geus Rauracorum captat nunc gaudia magna,
Doctorem tantum surgere quando videt,
In quo concentrat Musarum gratia cuncta,
Imprimisque Dei religiosus amor.
Isteli Doctor, laudem quid? personat aer
Pro Te jam votis, laudibus atque tuis.
Laudo tuos vates, plando, voveoque calenter,
Ut super ista tuum sint rata vota Gradum!

Ex animo doctorales gratatur honores
JOHANN RODOLPHUS OTTIUS,
in Schola Tigurina Profess. Publ.

III.

Ostostichon Votivum.
Omne ferat punctum cunctos qui scandit Honoris
Gradus Marburgi Rhetor erat celebris.

In

In Patria certant *Artes, Historia, Lingue.*

Fama Viri volitat, publica scripta docent.

O Cotem doctam! Ferrum quæ reddit acutum.

Cos abiit, Ferrum mansit ut ~~q̄dolou~~.

ISELIUS præclarus erit Sacra scindere gnarus,

Scindere qui didicit scindere ritè docet.

Celeberrimo Da. Doctori summos in Theologia
Honores gratulatur

SALOMON HOTTINGERUS, Med. Doct.
& Profess, Publ.

IV.

DOCTOR eris? Non Doctor eras? Quò doctior ullus

Vix fuerat! Tua quod publica scripta docent.

DOCTOR eris. Lex vult: Doctor quò publicus esse

In Patria possis. Sis, doceasq; diu!

Clarissimo, ratiæ sinceræque eruditione, niveaque probitate Can-
didissimo D. CANDIDATO, summos in Theologia Honores
sincere gratulatur

JOH. JACOBUS HOTTINGERUS,

S. Theol. Profess.

V.

ISELII Celebris laudes si fundere velles,

Conficeres certè Carmine majus opus,

Omnibus Hunc etenim Doctrinis esse politum,

Unā testantur Nomina clara Virūm.

Ipsorum iussu Doctoris voce creatur

Doctor. nā Laurus cingit honore caput!

Virtutis, Doctrinæ, nec non digna labore

Pervigili ac duro præmia nuncce capit.

Lauru Doctori cincto gratamur Honores,

Quos animi dotes promeruere pii.

Digni laude Viri Deus ardua cœpta secundet,

Et Patriæ, faxit, gloria magna sient!

Congratulatio

JOH. HENRICI FRISII, Prof. Lingg. Tig.

B 2

VI. No-

VI.

Nobile quod fuerat FERRUM pro COTE subactum
 Nunc acie proditq; novo splendore coruscum.
 Nunc nitido FERRUM FERRO fit acutius: atque
 Doctoris doctos accunt precepta magistros.
 Ite Philistae; nunc Israël undiq; ferro
 Instruitur, gaudetq; fabro, qui charior auro
 Nobis sancta dedit, nobisq; est sancta daturus:
 Cetera multa tacens, animum non carmina jacto.

Wege
stein.

Prov. xxvii, 17.

1 Sam xiii, 20. sq.

Iselio suo adjecit
OTTIUS.

VII.

HAec tenus arcanis admisus Apollinis, alta
 Monstras in Sellâ jam caput arte valens,
 Quidni sic grater, dignamq; hanc esse Tiarum!
 Confirmem: meritis, Vir Celebrande, Tuis.

Hac Clarissimo Domino Iselio, honoris & fausti
 Ominis ergo appos.
DAVID HOLZHALBIUS, Theol. Bibl.
 & Eloq. Prof. Publ.

VIII.

PRepetibus pennis, volucrum rex, armiger Ales
 Ut petit ille Jovis Sydera fixa Polo:
 Enthea celesti que traxit origine vitam,
 Mens etiam Celi concita tentat iter:
 ISELII mens astra petit, super æthera virtus
 Illius assurgit, clara per ora Virum;
 Postq; alias, vafio quas claudit pectore, gesit
 Nunc etiam Musas ille docere sacras:
 Suggestusque, Liber, Votum, Annulus, Oscula, Mitra
 Exornant meritum symbola tanta Caput:
 Gratulor bosce Tibi, Clarissime Doctor, honores!
 Iselius similes secula cuncta ferant!

Suprem s' Viri Celebriimi in Theologia honoribus,
 toto pectore adplaudit

JOH. JACOBUS REUTLINGERUS, V.D.M.
 & Sch. Tig. Abb. Pr.

IX.

EN Tibi, quam dudum, meruit tua gloria Mitram,
Vir Praeclare, Tuum surgit ad astra caput!
Sit benedictus honos, floreto ad Nestoris annos,
Jova tuis coepitis annuat usque, precor.

Pauca haec gratulabundus apposuit

CHRISTOPHORUS GESNERUS,
V. D. M. ad Crucem Tig.

X.

HAffia Te primum confixerat alma docentem,
Patria Te repetit, vendicat atq; sibi.
Conficit h.ec Te nunc redimitum tempora lauro,
Præmia cum recipis digna labore tuo.
Dum Canones Sacros pandis falsosq; refellis,
Theologiq; decus ambis & assequeris.
ISELI gaudent, votisq; sequuntur amici,
Omnia, qud faveant. ac Tibi prospere eant!

Hisce Clariſ. Candidato Fautori ſuo & Amico æstumatiffimo
ſummoſ in Theologia honoris l. m. g. gratulatur, peren-
nemque amicitiam obſignat,

JOH. JACOBUS HOTTINGERUS, FIL.

XI.

DE Canone ingeniosa sagax meletemata pandis,
Dogmata describens, qua tenuiſſe juvat,
Eximios Canonis Galatis ostendere fructus,
Nonne olim Paulus tam bene nifus erat?
Aſt quis & ille Canou toto celebratus in orbe,
Quem Divi Pauli, penna diſerta refert?
Eſt nova progenies; cœlo dimittit ab alto
Hanc pater ætherius, qui regit aſtra Poli:
Qui regit aſtra, fidem dat nobis omnibus unam,
Qua latet in verbo, præmia ſumma ferens;
Quam charitas fequitur, mentis caſtissimus ardor;
Hic ardor vita sit Cynosura mea!

Gal. 6,16

Gal. 6,17

Gal. 5,6

B 3

Hunc

Hunc Canonem Paulus sua sitque dedit; Philippis: phil.3,16.
Hoc dignoscendos Christe notasque tuos: Joh.13,35.

Hæc nostra Cynosura fidelis & unica vitæ,
Norma siet nullo transgredienda modo!

Moribus hunc sequeris Canonem doctissime ISELI;

Gratulor & lato plando sonore tibi.

Quod si præclaram pietatis jungere curam
Perges, cum studii cognitione sacri.

Mox utriusque inter fulgebis sidera mundi,

Nótus & Eois notus & Hesperis.

Te labor affidius, do&x facundia lingua&x,
Lux animi sacræ inservere choris.

Inserat & vitæ Te pagina sancta futuræ

Fervens hoc votum, fac Deus alme ratum!

Hicce Clarissimo Viro applaudit

CASP. ZIEGLERUS, V. D. M.

XII.

FORNACEM (1) Basilea novam dum condidit: Ecce
Processum mirum (cuncti exultate Chymistæ!)
Immissum (2) ferrum, parum mox prodiit (3) aurum:
Fallor: Namque aurum clam mittebatur in antrum.
Ferri nomen erat, sed cetera cuncta metalli
Præstantis tenuere decus semperq; tenebunt.

1. Bæbelinæsor. 2. Iselius. 3. Doctor.

Summis Doctorat. Theol. Honorib. gratulabundus
accinit seque commendat.

JOH. HENRICUS OTTIUS, Phil. St. Tigur.

SCAPHUSIANA.

I.

ESse Canon merito celebratur pagina sacra;
Ad quam, ceu normam, fallere quæ nequeat,
Quid credas, quid agas, quid diccas, est metendum:
Quæque est, qua verum penditur, æqua Bilanx.
Hunc bene qui novit sequiturque, recedere veri
Cœlique à recto tramite non poterit. De

De certa ut *Canonis* cuivis ratione fideque
Confset, id ISELII pagina docta facit.
O! quam cum pietate hic vasta scientia rerum
Apparet! *Quis non maxima quæque Viro*
A tanto speret, sacro qui concitus igne
In Musas tota mente animoque ruit?
Inde triumphalis circum Tua tempora laurus
It, Tibi quam merito nexuit Ordo Sacer.
Hinc dudum meritos Tibi nunc gratamur honores,
Utque feras studiis præmia digna Tuis.

Honoris & amicitiae ergo posuit

JOH. JAC. HURTERUS, Eccl. Scaph.

II.

A Cipe, jam dudum meritam, *VIR DOCTE, coronam,*
Quam capiti imponit Patria grata tuo:
Doctrinæque tuae sic debita præmia reddit,
Cujus tanta adeò nunc documenta patent.
Te quondam mira cum dexteritate docentem
Marpurgum audivit, nunc Bafileo videt.
Rauracus & Cattus magna Te voce celebrant,
Quam sis ingenio clarus & eloquio.
Quodsi homines sileant, Lapidès tua facta loquuntur,
Quos, quamvis matos, Tu facis apta loqui:
Ille lapis Tergestinus Te predicat orbi,
Quem scitè endans Oedipus alter eras.
Sic, cum DOCTORIS dudum sis munere functus,
Nunc meritò Titulum, qui Tibi deerat, habe.

L. M. Q. P.

JOHANNES PEJERUS, Prof. Schaphus.

III.

DOctoris titulus Tibi nunc confertur, ISELI!
Qui docti pridem nomine clarus eras.
Quod tua scripta docent clare, doctique labores,
Queis orbem doctum condecorare vales.

SAC.

Successus lætos porro tibi JOVA benigne
Der, quo lætetur Te, BASILEA, diu!

Paucis hinc Clarissimo & Doctissimo Viro Dn. Job.
Christophoro Iclio doctorales pro merito hono-
res capessenti animitus gratulatur, affectumque
testatur

JOHANNES AMMIANUS, Scaphus.
V. D. M. & L. Gr. Prof.

IV.

R omæ olim nemo pia tecta subibat Honoris,
Virtutis nisi per limina fauja Deæ.
TU, quasi Romanus, Cathedram, Doctissime Amice!
Scandis, & ad meritum pervenis arte decus.
Ausaq; CONCULCAS Criticorum audacia, CHRISTI
In verbo Canonis lumina dia FERENS.
Atq; ita Theiologus, velut inter Sidera Luna,
Imo ΙΣΟΣ ΗΕΔΙΩ TU sine fine mic.

GEORGIUS à WALDKIRCH, Nobiliss. Reip.
Scaphusianæ Bibliothecarius, & Collegii Humanitatis
Quæstor.

V.

R elligionis amor, niveusque in pectore candor,
Atque animus rerum cognitione gravis;
Hæc si Theiologum DOCTORIS nomine dignum
Efficiunt, qui non nomen inane gerat:
ISELIUS sacra cinctus nunc tempora lauro,
Isthoc in primis nomine dignus erit.
Hinc jam certatim Musæ FELICITER illi
Rauraciæ acclamant, lætaque cuncta vovent.
Hinc studiofa cohors, tanti quæ pendet ab ore
DOCTORIS, tales dat quoque mente sonos:
Vivat, jo, vivat longos ISELIUS annos!
Splendeat hoc docto sydus in orbe dia!

Sic in debitæ obsequiæ signum gracili modulatur avena
JOH. CONRADUS PEJERUS, Scaphus. J. U. St.
Ad



BASILIENSI A.

I.

AD REVERFNDUM atq; CLARISSIMUM
DOMINUM CANDIDATUM.

Qui primis fueras facundus Tullius annis,
Cum Tibi Romane colligerentur opes.
Inter Grajugenas Demosthenis ore sonabas;
Atticus ut placuit, Mygdoniusq; lepos.
Hebraeos inter tractans Sacra Jura Tonantis;
Omnia callebas punctula, ut Esragravis.
Mytarum in Cathedrâ Chrysostomus alter ovabis,
Et meritis dignum jam Diadema geres.

Ita gratulabundus accinit Doctoralibus Viri Clariss.
Honoribus


THEODORUS ZUINGERUS, Med. D. & Prof.
Academ. p. t. Rector.



II.

Si clarum nomen plausus poscit, Tibi dudum
Debemus, quo nunc fungimur, officium:
Hoc, quod conferimus Tibi magnum est nomen, at ipse
Fecisti pridem majus in orbe Tibi.

SAMUEL WERENFELSIUS
S. Th. D. & Prof. Facult. h. t. Decanus.



III.

Siccine Amicitiae veteris venerabile Fædus
Arctius obstringat consociatus Honos?
Quem dudum meruit prolixa Scientia rerum;
Quem meruit Virtus; quem tua Suada gravis!
Annulus hunc nofer, Zona, &, quem porrigo, Codex,
Cum Dextrâ obfignant, INCLUDE MYSTA, tibi.

C

Sed

Sed precor, ut quæ jam solemnia symbola praefant,
Doctoris Titulos, Manera, Jura, Gradum.
Hæc Tibi sint Fidei Veteris Sacra Pignora uosiræ,
Quam nullus posse contemperare dies.

P.
PROMOTOR.

IV.

TAM Tibi dilectum media inter gaudia fratrem,
Quis crédat fato surripuisse Deum?
Nempe, suis etiam cœlestem haud parcere Patrem,
Exemplo hoc, Doctor, credo, docendus eras.

J. JACOBI BATTIERII, D. Instit. & J. Publ Prof.
V.

INCLYTUS es Proavis, CELEBERRIME MYSTÆ tuisq;
Inclytus es meritiss. Hinc bene Doctor oras.

JAC. BURCARD, Pandect. P. P.

VI.

PANDERE qui Canonem cœpisti Foederis almi,
Ingentem nobis spem superereste facis.
Si tamen Auspicis potes his meruissé Tiaram
Doctoris; reliquis quid mereare? Polum.

BONIF. FÆSCH. Cod. Iust. & Juris Fend. P. P.
VII.

THEILOGI titulum Doctoris poscis Amice,
Illum quis posset jure negare Tibi,
Digno, qui Doctor studio dicaris in omni,
Ingenio cum siat invia nulla tua.

EMANUELIS ZÆSLINI P. & M. D.
Rh. Pr. Ord. Phil. p. t. Dec.

VIII.

ECQUID in hâc solus Doctorum fausta precantium
ISELI turbâ non Tibi multa precer?

Det

Det Deus ut possis multos feliciter annos,
Theologum Doctor condecorare chorūm!

J. RUDOLPH BECKIJ, L. P.

IX.

Nuper de medio sublatis funere multis
Morte nimis crebras accumulante neces;
Mox post Cimmerias nostro sub fidere noctes
Lux major nobis nascitur atque dies:
Omnis adeit in vata decor; fit pueror ultrō
Et favet angario prospere dies.

EMAN. KÖNIG, M. D. Phil. Nat. P. P.

X.

Cl. & plur. Rev. Iselio.

AD Superos raptus mortem non vidit Enochus,
Sors quam rara Viri quamque beata pii!
Sic qui sacra volas Vir docte ad pulpita, posthac -
Non finet increscens Te Tua fama mori.
Sed rogo, sed moneo, quando sublime tenebis
Theologi nomen, sis memor usque mei:
In cathedra Mosis celsa cum fulseris, imum
Et Peditem noli spernere Aristotelem.

JOH. BERNOULLI.

Hastenus ingenias summa cum laude docebas
Artes, o nostri Gloria magna Soli:
Haec Tibi jam viles, quamvis sint haec quoque magnae:
Unum jam studium sunt meliora tum.
Posthac Theologus Doctor Divina docebis,
Haec tanto ingenio sunt mage digna Tuo.
Eja age Divinos longum tractare labores
Incolimus solitū sedulitate queas!

SAMUELIS BATTIERII, Phil. & Med. D.

C 2

Gr. L. Prof. P.

XII.

HAc quæ luce tibi Sacram Basilea **Tiaram**
Destinat, ipsa sibi quam tibi plura dabit.
Quod dabit, est titulus, qui re sine nomen inane est:
Quod dabis, id publico commoda mille feret.

J. HENRICUS STEHELius, Ph. & M. D. P. P.

XIII.

DUm Tibi sacra datur Doctoris Jure **Tiara**,
Augeriſ titulo, vir per amande, novo.
Attamen illa tua etiam vasta scientia mentis
Ulterius quo vix progrediatur habet.

JOHANNES BUXTORFIUS, Ling. Hebr. Prof.

XIV.

Olim Te dixi, Clarissime Doctor, Amicum;
Nomine mutato jam mihi Fautor eris.
Respicias me, quæso, tuis in rebus opinis,
Ut redeant per Te pristina jura mihi.
Munus Amicitiam tollit, sed postco favorem,
Sit tamen æternus, quem precor, iste favor.

Hicce Venerando Dn. Doctorando le commendare voluit

NICOLAUS RITSIUS, Med. Doct^r.

XV.

TE DOCTORE diu florens Academia crescat,
Et sumat vires progrediendo suas:
Perge Tuum porrò passim diffundere nomen,
Sic magnum totu floreat orbe decus!

GERMANNUS HERMANNUS, Gymnasiarcha.

XVI.

Campus ei vastus se aperit, Clarissime, laudes
Qui cupit, ISELI, concelebrare tuas.

Quod

Quod tamen encomio primo, me judice, dignum est,
Est probitas, virtus, est pietasque tua.

Hæ nunc hic maestant verò Doctoris & alto
Te titulo, quondam sydus erisque Poli.

Dan.12.13.

ALEXANDER WOLLEBIUS, Ecclesiast. Martin.

~~~~~

XVII.

R E s gestas & facta Ducum moresq; Quiritum;  
Hæc tenuis una tibi cura docere fuit,  
At jam porrò Sacra & magni præcepta Tonantis  
Differere est animi sola libido Tui.  
Tam docte in studio partes Doctoris utroque.  
Cum præfles, Titulum quis neget huncce Tibi.

P.  
FRIDERICUS BATTIERIUS, P. A.

XVIII.

Ad Celeberrimum Virum,  
Dnum. PROFESSOREM ISELIUM,  
Honores in Theologia Doctorales capeſſentem,  
postquam

De Canone Novi Testamenti  
publicè disputāſſet.

E Xponiſ Canonem renovati Fœderis; Amplum,  
Magnæque ordiris ſedulitatis, opus.  
Arguit hoc indeſeruum Polyhiſtora, nec non  
Philologum ſummum, Theiologumque bonum.  
Det Deus, ut cœptis, Clarissime Myſta, ſuperſis,  
Et plenum absolvias utilitatis opus.

THEODORI GERNLETI, in Ecl. Elisabethana V.D.M

XIX.

D Um meritam expeſtas sacram, Vir Docte, Tiaram,  
En! geminus turbat gaudia tanta \* dolor,

C 3

Nem.

\* Ven. D. Pomaterterà dilectissimaque D. fratre vix ocliduo ante promotio-  
nem, fato defunctis & sepultis.

*Nempe ut Theologus consumatissimus esses,  
Hoc unum quod adhuc experiri fuit.*

P.  
SIMON STÖCKLINUS, Paſt. Nosod.

\*\*\*\*\*  
XX.

**Q**uis fuerit finis, Studiorum meta tuorum  
*Quæ fuerit, liquidò, Vir Reverende patet.*  
Scilicet eximiè conjungere Sacra profanis,  
*Quare & Theologus nunc quoque Doctor ovas.*

J. JAC. HUBERI, V. D. M.

\*\*\*\*\*  
XXI.

An des Herren Doctoris Frau Mutter.

**M**ye auff trübes Ungewitter/Sonnenschein pflegt einzukehren;  
So kan erwann eine Freud/unser grosses Länd zerstöhren.  
Dieses habt Ihr werthe Baaf/ nun in kurzer Zeit erfahren:  
Grosses Länd an Euv'rem Sohn/ welcher annoch jung von Zah-  
ren. (a.)

Euch zu Grab getragen vor/ dieses war ein solcher Schmerz/  
Welcher ohne Ursach nicht/ hat berrubet euer Herz.  
Aber dieses schwäre Länd/ dieser Schmerz wird Euch versüessen/  
Durch ein über- gross Freyd, die ihn diesen Tag geniesseen/  
Da Ihr Euv'ren ältesten Sohn/ auff dem hohen Doctors-Stuhl  
Sehet/ in den größten Ehren/ die Zierd unsrer hohen Schul.  
Er der Höchste lasse Ihn/ lang zu Euv'rem Troste leben/  
Dass Er Euch hinführē mög/ alle Freud/ Ergözung geben;  
Und auch unsrer Hohen Schul/ ferners also sehe vor/  
Dass sein Ruhm sich schwinge städs/ inner mehr und mehr empor.

Mit diesem hat seiner Hochgeehrten Fr. Baasen theils con-  
doliret/ thils grauliren wollen

M. Samuel Im Hoff Prediger bey St. Peter.

\*\*\*\*\*  
XXII.

**Q**uod me forte velis aliquem Tibi scribere versum,  
Et mea quod Tibi sit Musa parata, benè est.

Si

Si modò sic versus mihi, ceu Tibi nomina rerum,  
Auctores, criticæ quasque dedere notæ,  
Dicta Patrum, Synodorum edicta insignia, linguae  
Gallica præprimis, Græca, Latina, Sacra,  
Religio & leges populorum, dogmata, ritus,  
Talmud & Alcoram, hærefiumque strophæ,  
Historiæ, Veterum monumenta, inventa Recentum,  
Quæque tenes memori mente, per ora fluunt.  
Si mihi sic dextro fuerent sub Apolline versus,  
Perfacile hoc ingens, crede, poëma foret.

JOH. RODOLFI WETSTENII, Diac. Leonhard.

XXIII.

N<sup>o</sup>llus, ISELI. versus Tibi mitto, rogatus,  
Terque quaterque à me, sordus Apollo fuit.  
Apprecor ergò animo, ver'qu' quacunque precari  
Possem, si ipse Maro, Maenidesque forem.

J. R. OSTERWALD, P.E.G.B.

XXIV.

Ad Clariss. ISELIUM suum.

Quòd sis Doctoris perdignus nomine Sacri,  
Hoc qui Te novit quisque probare queat.  
Omnia pro Te stant: studium, facundia, Virtus,  
Quæ tibi cuncta dedit Numinis alma manus!

VINC. PARAVICINUS, Gymn. Basil. Conrector.

XXV.

Glück zu / Herz-werther Freund! Glück zu den  
neuen Ehren!

Zum hohen Doctor-Stand! disß laßt sich billich hören:  
Dass der Historien bisher so hoch geliebt/  
Zeigt den Historicis von sich zu schreiben gibt;  
Disß wird merkwürdig seyn wann die Nachkommen lesen:  
Dass Herz Iselius nicht älter sey gewisen/

Mit

Mit Herrn Antistite, und Herren Doctor Frey/  
Als weiland Nestor war/ die Herren alle Drey.  
Der Höchst geb. Jeschlichem des Nestors Jahr auf Erden/  
Dass Kirch und Schul durch Sie aufs best erbaut mög werden!  
Bvar haben Sie's gehan bey vielen Jahren schon/  
Drum wünsch ich mit der Zeit/ Jedem ein gleichen Sohn!

J. R. W. P. O.

XXVI.

**A**ccipe Doctoris titulos, sacramque Tiaram  
Præfulis è nostri, Vir venerande, manu;  
Ne dubites animo cathedram confondere læto,  
Adventum expectant pulpita sacra Tuum;  
Pulpita multorum resonantia vocibus olim;  
Doctorum, sed quæ nunc siluere diu.  
Cum plausu excipiet Te, quæ tot luxit ademtos  
Doctores, studii dedita turba sacris,  
Atque diu tanto volet à Doctore doceri,  
Hinc vitæ optabit tempora longa Tibi.  
Annuat huic voto Dominus, vegetaque senecta,  
Functum ad cœlestes Te vocet ille choros!

Fautorí suo & olim Præceptorí plurimum observando F.  
**NICOLAUS BERNOULLI, J.U.L.**

XXVII.

**H**ætenuis historias prisci qui tradidit ævi,  
Cattorum in celebri Rauriacaque Schola;  
Et cuius clarum tulit usque ad Sidera nomen.  
Facundo manans suavis ab ore lepos;  
Hunc, ut nos doceat divini oracula verbi,  
Cernimus in cathedram scandere Theologam.  
Hinc spes quam largas quantasque fovere queamus,  
Quidque exspectandum, prijina facta docent.  
Et quia tam magnas celebresque profana docent,  
Concepsit dotes & sua dona Deus.

Quæ

**Quæ non concedet possit, si verba salutis  
Tradet & ipsius facta stupenda Dei?**

Patrono, Praeceptor & Consanguineo plurimum  
venerando p.

FRANCISCUS CHRIST, Lic. Jur.

XXVIII.

**S**ufficit haud Adamas radians, *Tibi Vir Reverende,*  
Nec vigiles curas æquiparare potest.  
**Q**uas studiis solers sacris adhibere solebas,  
Munera pro meritis eximiora petis.  
Hinc *Doctoralis* manet hosce *Corona labores,*  
Quos dederas studiis, Historisque Sacris.  
Gratulor ergò *Tibi* merito de nomine tanto,  
Et sicut Doctori tempora longa, precor.

Hæcce in perpetuæ observantia tesseram ex animo  
gratulabundus apponit.

M. EMANUEL Bleijenbeekius, S. M. C.  
Præc. Gynn.

XXIX.

Oda Alcäica Choriambica Pentametra.

**Q**uisquis solicias in Pelagus deproperat rates,  
Summa cavit ope, ne quid in hoc, ne quid in altero  
Casu deficiat, dum rapido truditur Africa  
Puppis; velificat per Scopulos, per freta turgida;  
Non fluctus validos, non veteres Syrtis inbofita  
Anfractus metuit, divitiis insidias strenuens;  
Sed cursu celeri prosequitur Litora cognita,  
Seu sit perpetuis Deliciis India diffluens;  
Seu Telus Arabum Thure ferax; seu Plaga Perfidis  
Gemmis dives; Amat Miles Equos, & radiantia,  
Signis Arma calens; Æmonium Jfernit Achillea;  
Dum jaclat Galeam; dum Clypeum, dum Gladium rotato  
Insanos Lituos non trepido Gutture persirepit;  
Haud exercitium, pervigil haud Cura molestiam

D

In-



Intendit; viridis sola crepat Premia Laurea.  
Mortales Humeros subiciunt sepe Laboribus  
Vanis; Ardor Opum, & Gloriola quo sifimulat Sitis.  
At quanto satius? cum Pudor & grata Modestia  
Dotes Ingenij, aut vim Manuum disimulat probet.  
Soleennes Titulos dum Sapiens deficit, occupat.  
Nequicquam ISELIUM Sidereis Planisibus efferam,  
Nequicquam Phaleras parturiam & Sesquipedalia  
Cælo verba vebam, aut Pieridum Numina postulem.  
Versus Mæonios nil Animus candidior nive  
Curat, sed tenui forte meo Pectine flebitur.

ZACHARIAS HEMMINGERUS, SS. Min. Cand.

XXX.

GNaviter annales priscos vastoque labore  
Volvisti, ac veterum qui monumenta legis  
Inunc sudantem Lauro dertige laborem,  
Præmia, quod superat, cætera fama feret.

JOH. RUDOLPHUS MERIAN, SS. Th. St.

XXXI.

**S**O strahlt der Himmel dann nun wieder Gnaden-Blick!  
Und da er kürz auf uns Cypresen hat gestrenet/  
**S**HAT seine holde Gnauß nun wieder uns erfreuet/  
Da er heut Vorbev schenkt! (O nie ergründt Geschick!  
Bald schlägt des Höchsten Hand/ wann er die Pfeile wezt;  
Wann treue Hirten Er von unsren Häuptern reisset/  
Bald aber heilt die Hand/ die kürz vor hat zerstremset/  
Wann andre Gärtner Er in seinen Weinberg setzt/  
Wann seine Gaben Er in dero Herzen senkt;  
Wann mit seins Geistes Kraft Er selbsten die anziehet/  
Wann seines Segens Wonn ob ihren Häupfern blühet/  
Wann seiner Allzeit Kraft selbst ihre Seelen lenkt;  
Welch herlich Beispiel ist so dieser Tag uns weist/  
Da Er das theure Haupt mit Palmen hent umbwindet/  
So längstens diesen Preis auf Eugend selbst gegründet/  
Und der Erfahreneheit die ganze Erden preist/  
Durch vero weites Rund längst dessen Ruhm erschallt;  
Des Wissenschaft was sonst das schnelle Rad der Zeiten  
Führt/ bey der Nachwelt weist verständlich auszubreiten

Def.

Des Geist der Zeiten nun selbst gegenwärtig hält/  
Ja was noch höher ist/ der die Geheimniss lehrt/  
Die einig in dem Schluß der Ewigkeit gearündet/  
Und die des Höchsten Wunschi uns selber hat verkladet/  
Des Küh/ was Menschen Land erfunden hat/ verstoßt.  
Wohl dann mit was für Wunsch begehst wir diese Zeit?  
Doch sollt ein bloßer Wunsch gewohnt Ewigend ehren?  
Die/ so der Himmel selbst pflegt über Wunsch gewähren/  
Die Ewigend/ die sich selbst längst Palmeu hat bereit/  
Doch da ihr Reichthum auch getrene Wünsche liebt:  
So solln den Höchsten heut auch unsre Seufzer stehen/  
Er lasse seine Gunst ob ihm besetzt stehen!  
Er gebe Stärke dem/ was seine Huld heut gibt/  
Er lasse/ wann er einst diß kurze Ziel erreicht  
Ihn selbst statt dieser Wonne die unverwelkte jehn/  
Wo in schneeliechtem Schmuck die Himmels Geister stehen/  
Und wo der Lehrer Glanz der Sternen Schimmer gleicht.

M. Joh. Rudolff Parcus, SS. Th. St.

XXXII.

**V**ir Venerande, Tuas versu comprehendere laudes  
Velle, & pro merito Te celebrare Tuo;  
Esset in angusio spatio concludere vestrum:  
Oceanum, aut toto proluere ora mari:  
Hinc potius tacitus miror venerorū stipendam:  
Doctrinam, cui par vix erit illa, Tuam.  
Addo tamen votum: Te multos servet in annos,  
Et beat omnigena proseritate Deus!  
Quique Tibi confertur honor bodie, Tibi felix,  
Utilis at nostræ sit, precor, ille Scholæ!

Paucis his Venerando suo Präceptoris felicia  
quæque apparet voluit

BENEDICTUS STEHELius, Med. St.

XXXIII.

**D**Um Tibi gratantur titulum Doctoris amici,  
Et properant Sanctas fundere ad astra preces  
Vir Venerande; Jubet pietas ut carmina pangam:  
Omnibus jungens omnia fausta bonis.

Ergö

Ergò precor Tibi sit laudi patriæque decori,  
Quæ cinget frontem laurea docta Tuam.

Hicce cum VOTIS MULTIS prosequitur Præceptorem  
suum æternum venerandum, Patronumque  
& adgnatum Honoratissimum

ANTONIUS BIRRIUS, M. S.

XXXIV.

**Q**ui tam multa Tibi, studiorum debo causa,  
Vota etiam & plausum bac debo luce Tibi.  
Tam benè promeriti crescant Tibi facit honores  
Continuo, & vita commoda mille Deus.

Hoc debitæ obſervantia rex misericordia

P.  
EMANUEL RYHINERUS, SS. Th. St

F I N I S.







W.H. - Vol. 3

I.C.





# PLAUSUS, ET VOTA FAUTORUM AC AMICORUM,

[Cùm

*Vir Reverendus & Clarissimus,*

**DN. JAC. CHRISTOPH. ISELIUS,**  
Histor. & Eloq. primùm in Acad. Marpurgensi;  
postea Historiarum in Patriá Universitate Basileensí  
Professor Celeberrimus,

*Summos DOCTORIS Theologi honores  
magno suo merito,  
è mana*

*Viri Venerandi & Excellentissimi,*

**DN. HIERONYMI BURCHARDI,**  
S. S. Theol. Doct. & Prof. meritiss. Eccl. Basil.  
Antifititis Vigilantiss.

*Ad d. 25. Aug. MDCCXI.*

*ritu solenni capeſſeret,*

*Fusa.*



*B A S I L E A E,*

Typis Friderici Lüdij, Academ. Typogr.

